

Essemus autem multum depreffi, si alicui alteri deberemus illam adorationem, quam debemus Deo: quia tunc essemus sibi valde subiecti, quod concluderet maximam insolentiam, vel infirmitatem nostram. Exemplum huius est, magis congruit ut pareat nutriet, quam alius, ut sic eidem persone debeam eandem reverentiam, que debetur genitori, & nutricio. Si autem alius nutriet, deberem unam reverentiam patri, & aliam alteri: & ita essem aliquo modo subiectus pluribus personis, sed non equali subiectione. Ad aliud dico, quod illa vita creata non fuit bonum infinitum formaliter, nec summe diligenda; unde Trinitas voluit eam non esse in morte, ex quo voluit mortem; sed averti a Deo in uno, est gravius, quam averti ab eo in alio, & tanto gravius, quanto conversio ad illum esset melior ceteris partibus, diligendo autem illam naturam humanam in Christo, que erat optima creatura, quantum ad plenitudinem gratie, summa conversio potuit esse in Deum, que fit per actum utendi creatura: quia illa creatura erat maxime conjuncta sibi, & maxime referibilis in Deum ut in finem: ergo avertio a Deo circa illud obiectum, odiendo scilicet illam vitam eo, quam Deus voluit odire, erat pessima avertio: & ita occisio illius hominis erat gravissimum peccatum, quantum erat ex parte obiecti. Et quod dicitur, quod fuit gravius omnibus aliis peccatis etiam possibilibus non immediate commissis in Deum: potest dici, quod cum illa habeant gravitates distinctas, & una illarum non includit aliam; gravitas illius quantum ad intentionem, maxima erat; sed in aliis peccatis erat maxima, quantum ad extensionem. Utrum autem illa vita fuit tantum bonum, ut ejus oblatio sufficeret ad delendum infinita mala, de hoc inferius in materia de satisfactione Christi pro peccato nostro.

Ad argumenta, (a) Ad primum principale, secundum, & tertium dico, quod probant, prout ly *solummodo*, tenetur syncategorematicè, & ut excludit omne aliud a natura divina, ut rationem adorandi, & in naturam humanam. Quia si natura humana esset ratio adorationis latrie, ipsa separata a Verbo esset ratio ejusdem adorationis: quod falsum est secundum Augustinum in liteta: quia si natura illa separaretur a Verbo, illi homini nunquam servio, hac scilicet servitute latrie. Ita etiam exponenda est glossa illa super Psalm. vel potest exponi de ipsa carne, ut termino adorationis totali, ita quod ibi sitatur in ejus consideratione, & adoratione. Ad ultimum argumentum, qui diceret bonitatem intrinsecam summi esse rationem adorationis; concederet majorem, & minor potest distinguere sicut & questio principalis; & eo modo, quo conceditur ad questionem, quod sic, & minor est vera, & conclusio vera: & in eo sensu, quo dictum est ad questionem, quod non, minor est falsa: Qui autem teneret, quod ratio adorationis fit bonitas summa, ut communicans se summe ipsi adoranti, quamvis concedat, quod summe adorandum fit summe diligendum, non tamen concedit e converso.

Sed

Sed dubium videtur quomodo Christus secundum naturam humanam, hoc est, illud totum non exclusa natura humana, sit summe diligendum, sicut hoc totum ponitur adoratum, non excludendo naturam humanam a termino adorationis: cum enim unio illa non sit summe diligenda, quia est bonum creatum: ergo nec ipsum totum, quod habet totalitatem suam per illam unionem. Possent dici, quod vel actus diligendi distincte respicit naturam diligibilem sicut obiectum alicujus in diligendo: & ita non totum summe diligitur, quod tamen adoratur summa adoratione: quia adoratio consueti exhibetur potè, dilectio autem potest distincte naturam in termino adorationis. Sed si dilectio tenere potest æque confuse in obiectum, sicut adoratio, potest concedi, quod Christus habens naturam humanam, sit summe diligendus, licet natura humana non sit ratio summe diligibilis, neque etiam unio nature humane ad Verbum qualitercumque sit; sicut Trinitatem adoramus una adoratione, & diligimus una dilectione, non excludendo proprietates personales ab essentia; que tamen proprietates non sunt formaliter infinite: ita etiam totum est in adoratione, non nimis distinguere naturam illam creatam a Verbo, sed Verbum subsistens in duabus naturis, adorare: & ita Verbum habens naturam humanam potest summe diligi, licet ipsa natura summe non diligitur, neque etiam summe diligitur unio nature ad Verbum, quo fit creatura. Non enim videtur, quod aliquis debeat velle peccare mortaliter, nisi illa unio non esset, cum pro esse nullius creati salvando, fit peccandum mortaliter: neque enim illa unio præcisè considerata beatificaret naturam intellectualem, licet terminus unionis beatificaret, quia est bonum infinitum, & ita super omnia diligendum.

## DISTINCTIO X.

Circa istam decimam Distinctionem, in qua Magister agit de communicatione idiomatum respicientium personam Filii, quaeritur unum de communicatione idiomatum ad nobilitatem pertinentium.

## QUESTIO UNICA.

*Utrum Christus sit Filius Dei adoptivus?*

Videtur quod sic, quia Christus est prædestinatus esse Filius Dei a Roman. i. ergo est adoptivus. Probatio consequentia, prædestinare enim est ad hereditatem adoptare: ergo Deus prædestinans Christum esse Filium Dei, adoptat prædestinatum ad hereditatem: quia præordinat ad hereditatem: & hoc per actum voluntatis: igitur, &c. Præterea, dignitatis est in homine esse Filium Dei adoptivum, quia non convenit alicui nature non intellectuali: ergo hoc Christo convenit.

Item

Item, sicut manent naturæ; ita proprietates naturarum; ergo cum adoptari sit proprietates naturæ habentis gratiam, videtur, quod istud posset dici de Christo, ratione naturæ humanæ; sicut etiam posset dici de eo, quod est Filius naturalis ratione naturæ divinæ. Contra hoc Magister in littera adducit auctoritates. Item, tunc esset Filius Trinitatis, quia tota Trinitas adoptat, sicut & agnoscitur actum ad extra, & ita esset Filius sui.

Respondet, (a) quod si diceret filiationem esse præcisè supposito, & non secundum naturam, posset facilliter dicere Christum non esse Filium adoptivum, quia ista relatio non convenit supposito secundum se; sed dicendo filiationem iudicari in natura simili naturæ generantis naturaliter, filiatione adoptiva iudicabitur in natura, quæ est similis creati, ut imago eius, similitudine naturali, & etiam similitudine gratiæ, quæ ipsa ut natura intellectualis potest attingere ad hereditatem adoptantis. Translatum est enim istud vocabulum a Iuristis: ut dicatur filius adoptivus, qui non est naturaliter genitus ab aliquo; nec ex generatione naturali habens jus succedendi in hereditate; sed ex gratia præordinatur; ut habeat jus succedendi; ita quod ibi tria concurrunt, scilicet extraneitas ex generatione naturali; & gratia, quæ est gratuita voluntas ipsius adoptantis; & bonum, ad quod præordinatur ex ista gratia, scilicet hereditas, ad quam habeat jus succedendi ex adoptione. Patet quod ista non conveniunt Christo secundum generationem divinam; quia ex generatione naturali divina est hæres naturalis in hereditate æterna. Secundum etiam naturam humanam, non dicuntur hæc sibi convenire: quia secundum istam generationem non sunt extraneus, quia fuit innocens. Contra, si intelligatur extraneitas tantum in habendo peccatum: ergo Maria non fuisset filia adoptiva, si nunquam contraxisset peccatum originale, quod est falsum. Si dicatur, quod ipsa contraxisset peccatum originale, quantum erat ex generatione naturali, quæ est per rationem feminalem; iste autem non habuit ex generatione naturali, unde contraheret. Saltem Adam in statu innocentie non fuisset Filius Dei adoptivus: quia non contraxit, nec habuit tunc unde contraheret, quia fuit creatus, vel productus sine ratione feminali. Angeli etiam non fuissent filii adoptivi, quia tempore fuerunt innocentes. Præterea, patet in adoptione humana, quod non oportet adoptivum fuisse extraneum, hoc est inimicum, neque ex actu proprio, neque ex actu parentum: quia sic vel inimicus committeret non adoptatur; sed magis dilectus altero istorum modorum: ergo sufficit extraneitas, quæ est carentis juris in hereditate adoptantis, & hoc quantum est ex generatione naturali: sed Christus quantum est ex generatione temporali non habebat jus in hereditate æterna: ergo habuit extraneitatem istam, quæ requiritur in adoptato: & patet quod modo habet jus per gratiam, ut filius hominis: ergo est adoptivus. Qui istam rationem non concedit, potest dicere, quod

in

ad. 8. Bon. d. 3. hujus ar. 2. q. 2. D. Tb. 3. p. 9. 2. 5. q.

in filio adoptato requiritur talis extraneitas, quod in instanti generatione naturalis non habebat jus in hereditate; ita quod prius habebat esse naturale secundum quod sit extraneus antequam adoptaretur Christus nunquam fuit filius gratia: ergo Christus non fuit adoptivus. Sed hæc ratio non videtur sufficere: quia tunc Angelus, si fuisset creatus in gratia, non fuisset adoptatus, nec Filius Dei adoptivus. Sufficit ergo prioritas naturæ, ut scilicet persona adoptata in primo instanti naturæ, in quo generatur, vel creatur, ex illa sola generatione, vel creatione, non habeat jus, & in secundo instanti naturæ ex gratia habeat jus: ita fuit in proposito. Prius enim natura ista natura terminavit generationem, immo erat unum Verbo, antequam in ipsa esset gratia habitualis, ex 2. q. 2. *dist. hujus tertii*. Si hoc non placet, potest ultimo dici, quod requiritur extraneitas in instanti priori temporis, vel naturæ talis, quod non necessario concomitetur aliqui generationem naturalem, ut dispositio de concreto conferens jus ad hereditatem: hic autem generationem temporalem concomitatur gratia, quæ animi Christi habuit jus in illa hereditate. Et si obijciatur, quod concomitatur, non tamen in primo instanti naturæ; sed in secundo: & ita in primo instanti fuit extraneitas, quia carentia juris, quod conferebatur in secundo instanti. Respondionem quaere.

*Hoc dicit Dicitur propter (a) diversos modos dicendi, si volumus tenere secundum, & quantum modum, qui sunt de mente ejus (ut patet in reprobationibus) non oportet solvere arguendum, quia facit pro eo: Si autem volumus tenere alios modos dicendi possumus huic obijciantur dicere, sicut dicitur de Virgine gloriosa, quod Virgo in solutione illius argueret de Virgine gloriosa, quod Virgo in primo instanti naturæ non fuit iusta, nec iniusta. Sic est dicendum in proposito, quod in illo priori nullus illorum propositorum in fuit, nec extraneitas, nec non extraneitas, sicut homo in primo modo dicendi per se, non est risibilis, nec non risibilis.*

*Ad hoc potest dici (ut patet ex ultimo modo dicendi) quod licet in secundo instanti conferatur jus hereditatis: tamen in primo instanti est illa dispositio necessario consequens naturam istam humanam, & ideo non extraneitas, ut ibi dicitur est.*

*Ad Argumenta. Ad primum argumentum dico, quod homo adoptat per novum actum voluntatis, & ita ipsi adoptat est aliquid ad hereditatem optare per novum velle: Sed Deus non novo velle adoptat, sed novum effectum producendo, scilicet gratiam. Prædestinare ergo Divinum, & sic præordinare quoddam per actum voluntatis ad hereditatem, & quoddam adoptare ad illud, non tamen proprie dicitur adoptatio; sed tantum ipsa collatio nova gratiæ, quæ correspondet novo velle in homine adoptante; dicitur adoptatio. Non ergo sequitur, Deus prædestinat, ergo adoptat; sed oportet addere, quod illi prædestinato, ut quandoque extraneo, conferatur gratiam.*

Ad



Ad secundum dico, quod est dignitatis supplementis, indignitatem; quia extraneus non potest dignificari; nisi adoptetur ad hereditatem; sed indignitatis est, quandoque esse extraneum. Ad tertium concedo quod de Christo dicitur proprietatis consequens humanam naturam; (est enim naturalis Filius Mariæ; est etiam iustus, & gratus Deo;) sed esse adoptivum non dicit proprietatem naturæ creatæ; secundum quam Christus nunquam fuit extraneus ab hereditate paternâ; sed naturâ depravatâ.

Contra. Ista negatio extraneitatis in Christo non est nisi propter gratiam habitalem Christi; quia propter illam ipsam habet jus in hereditate aeternâ; non autem per solam unionem personalem, quia si illa fuisset sine gratia habituali; posset Christus secundum naturam humanam non habere jus in hereditate illâ; sed si ista gratia habitualis fuisset collata illi naturæ in primo instanti; existentem tamen in proprio supposito, illud suppositum vere diceretur Filius adoptivus; ergo, & modo non negabitur propter extraneitatem, quia modo est illa carentia juris ad illam hereditatem; quæ tunc fuisset. Responsum querere.

Ad istam instantiam dici potest (tenendo quintum modum (a) dicendi) quod negatio extraneitatis in Christo, non est propter gratiam habitalem, quam in secundo instanti habuit; sed est propter dispositionem necessario insequentem generationem talem humane naturæ de congruo; & hoc ex vi unionis illius naturæ ad Verbum; quæ dispositio non fuisset consecuta talem naturam in supposito proprio.

## DISTINCT. XI.

Circa istam undecimam Distinctionem, in qua Magister agit de communicatione idiomatum ad personam Filii respicientium, & pertinentium ad defectum, quaeruntur tria. Primo, Utrum Christus sit creatura? Secundo, Utrum Christus secundum quod homo sit creatura? Tertio, Utrum Christus incepit esse?

## QUÆSTIO PRIMA.

## Utrum Christus sit creatura?

Circa primum arguitur, quod sic. In Christo est natura humana sicut divina, & per consequens proprietates utriusque naturæ secundum Damasc. 70. ergo ita dicitur creatura propter unam naturam, sicut eratoteo propter aliam. Præterea, Christus est homo; est predicatio in quid secundum illud, Extra, Christus est homo; cap. cum Christus; quæro, quid predicat hoc predicatum, homo? aut aliquid creatum, aut aliquid increatum: si increatum, ergo idem

a. Addit.

idem formaliter predicat homo de Christo, quod predicat hoc predicatum Deus: hoc est tallium, quia tunc formaliter esse dicere, Christus est homo; & Christus est Deus: igitur predicat aliquid creatum.

Præterea, Christus est homo; aut ergo creatus, aut increatus: ista sunt immediate opposita circa omnem ens: si sit homo increatus, est homo æternus: si homo creatus suppositum.

Præterea, de quo predicatur in eternis, & superius; five illud sit superius essentiali in eodem genere, five communis extra genus; sicut de quo dicitur ignis, & corpus, & creatura, quæ est superius ad omne aliud a Deo, ut videtur; ergo de quo dicitur homo; de eodem dicitur creatura.

Præterea. Christus ratione corporis est conceptus: ergo ratione anime creatæ est creatus. Consequentia probatur, quia non minus denominatur totum a proprietate partis perfectioris, quam a proprietate partis minus perfecta.

Contra hoc in litera sunt auctoritates. Item omnis creatura rationalis est Filius Dei per adoptionem, vel potest esse: Christus non potest esse Filius adoptivus; ex præced. quæst. ergo non potest dici, vel esse creatura. Item, si Christus est creatura, & Christus est Filius Dei: ergo Filius Dei est creatura. Modus arguendi est bonus, quia medio existente hoc aliquid, necesse est extrema conjungi: ergo, &c.

Præterea, nihil creatum dicitur de Christo. Probo, quia nihil est creatum in Christo nisi natura humana: ista natura non dicitur de Christo: ergo, &c.

Hic dicitur, quod ista propositio, Christus est creatura, (a) est neganda, quia communitatio idiomatum non fit in his, ubi est repugnantia proprietatis unius naturæ ad aliam naturam: talis est hic, quia creatura includit inceptionem esse, & ita repugnat æternitati, quæ est proprietatis Filii Dei.

Contra. Non plus repugnat illi naturæ esse post non esse, vel incipere esse, quam non esse post esse, vel etiam de/inere esse: quia utrumque repugnat æternitati: sed Christus conceditur mortuus, cum tamen mortuus esse dicat non esse post esse, quia non vivere post vivere, & vivere viventibus est esse; 2. de Act. igitur.

Præterea, mortale, & immortale (b) ita opponuntur formaliter, sicut creatum; & increatum: & tamen ambo dicuntur de Christo. Præterea, ita formaliter naturæ creatæ repugnat esse creatorem, vel æternam; sicut repugnat æternò incipere: ergo æquæ negabitur Christum esse creatorem propter repugnantiam ad unam naturam, sicut esse creatum propter repugnantiam ad aliam.

Aliiter dicitur, quod non fit communicatio idiomatum (c) in negationibus, neque in his, quæ dicunt respectum unius naturæ ad aliam naturam.

Pri-

a. S. Bon. præf. dist. 2. c. 3. b. Ter. cap. 3. c. Henr. in sum. S. Bon. ubi sup. vide D. Tb. 3. p. q. 16. ar. 8.

Primum apparet, quia aliter diceretur absolute contradictoria de Christo: quia negatio aliqua convenit uni naturæ, cuius apposita affirmatio inest naturaliter ratione alterius; puta, natura divina est aeterna, natura humana non est aeterna: sed si per hoc Christus diceretur non aeternus, Christus diceretur aeternus; & non aeternus: negationes ergo quæ insunt ratione alterius naturæ, scilicet, humanæ: quia insunt secundum *quid*, puta cum determinatione distrahente, non denominant simpliciter illud, de quo dicuntur. Similiter secundum scilicet de dicentibus respectum unius naturæ ad aliam, declarat, non enim si natura humana est assumpta, dicitur Christus assumptus: creatura enim non tantum includit negationem, scilicet *non esse ante esse*: sed includit respectum unius naturæ ad alteram, sicut ad illam, a qua accipit esse: ergo ista non diceretur de toto.

Contra: sicut creatura dicit respectum unius naturæ ad aliam, ut natura humanæ ad divinam, ita videtur quod creator dicat e converso respectum naturæ divinæ ad humanam: ergo si ista, quo dicunt respectum, non distantur de toto, Christus non erit creator. Negatio etiam aliqua potest inveniri, quæ importetur per hoc nomen, quod est *creator*, puta non accipere esse post non esse ab alio, sicut in hoc nomine *creatura*: igitur sicut Christus non dicitur creatura propter negationem inclusam, ita nec dicitur creator propter eandem rationem.

Præterea, Christus est minor Pater: hoc conceditur absolute, ut dicitur Joan. 14. & tamen hoc dicit respectum unius naturæ ad aliam, quia non est minor Pater, nisi secundum naturam humanam: ergo, &c.

Aliiter dicitur quod propositio est simpliciter concedenda (a), si bene intelligatur; negabatur tamen communiter a Sanctis propter hæreses hæreticorum dixerunt Christum esse puram creaturam, cum quibus noluerunt Sancti communicare in sermone. Quod autem absolute de virtute sermonis possit concedi, probatur per Damascen. cap. 10. qui dicit, quod Christus est creatus, & increatus, passibilis, & impassibilis, & per eundem, cap. 97. conceditur, creatura Dei. Et per Augustin. de sermone Domini in Monte; *Voluit esse creatura, qui est Creator*. Et Hier. (a) super epistolam ad Ephes. super illud: *Jesus factura sumus*, dicit, *nisi timore irrepidant, ne Christum creaturam dicere compellantur: nos autem proclamamus non esse periculum, dicere Christum esse creaturam*.

Cui ista opinio non placet, potest dicere ipsam esse falsam propter istam rationem, quia *creari* dicit quoddam *feri* (c), ita quod ultra fieri addit aliquid; & quantum ad respectum, quem dicit *feri* ad causam efficientem; & quantum ad illum respectum, quem dicit ad oppositum præcedens. Quoad primum, *feri* respicit efficiens in

comuni: sed *creari* proprie respicit primum efficiens, ut immediate produciens, ita quod nihil dicitur proprie *creari*, nisi quod a solo primo efficiente immediate produciatur ad esse. Quo ad secundum, *feri* dat intelligere oppositum præcedens qualecunque, sive positivum, sive privativum. Sed ultra hoc *creari* proprie insunt non addit, quod oppositum immediate præcedens sit contradictorium, puta negatio non in aliquo subiecto, ita quod non privatio nec contrarium. Hoc modo *creari* ita est accepto illud dicitur ita esse creatura, quod accipit esse a primo efficiente immediate, & potest omnino non esse, sive post putam nihil; & sic non esse dubium Christum non esse creaturam, quia nec humana natura in Christo est: creatura: ipsa enim non a solo primo efficiente immediate produciatur in esse, sed etiam a matre, quæ aliquam causam habet respectu ejus: neque etiam post oppositum contradictorium, quod est omnino non ens, vel nihil: sed post oppositum privative, quando scilicet materia corporis transmutatur a tota sanguinis ad formam corporis organici animati. Hoc enim modo solummodo Angeli, & animæ intellectivæ, & ætæræ, & quædam hujusmodi, quæ de nihilo produciuntur a primo efficiente, dicuntur *creari*.

Allo modo generalis scripturæ *creari*, prout dicitur habitudinem ad primum efficiens, licet non ut immediate produciens excludit ideo omnem causam: dicit etiam ordinem ad oppositum præcedens scilicet negationem, sed non excludendo, quod fit in aliquo susceptivo. Et a *creari* hoc modo generalis dicitur creatura generaliter de omnibus aliis a Deo, præterquam de Christo. Omnia enim alia a primo efficiente recipiunt esse & dicuntur *creari*, licet etiam sint effectus aliam causam: non tamen dicuntur aliam causam creaturæ quia creatura illi modo non dicit relationem ad aliquam causam secundam. Accipiunt etiam esse sui primum post non esse, sive illud sit nihil, sive in aliquo susceptivo. Esse autem primum alienus dupliciter potest intelligi; vel illud, quo totum dicitur primo ens, hoc est adæquate, sicut humanitas dicitur primum esse corporis organici animati, quia hoc totum esse, quod confurgit ex unionem illarum partium est esse adæquatum totius. Alio modo esse primum alienus, potest dici esse primæ partis inclusæ in illo toto; puta si corpus organicum præcederet durationem animationem, primum esse hominis hoc modo esset esse corpus organici. Quæcumque ergo creatura accipit esse primum alieno istorum duorum modorum post non esse vel totale, vel partiale primæ partis; & ideo si corpus organicum fuisset ab æterno immutatum, & in tempore animaretur, totus homo diceretur creatura, licet non acciperet totum esse post non esse: quia esse alterius partis est æternum, sed primum esse totale. Christus autem nullo modo accipit primum esse sui post non esse, quia neque primum esse totale, quod resultat ex natura divina, & humana, quia nihil in tale est secundum Damascen. cap. 49. (a) quia tunc non maneret

a Varr. præf. a. q. un. b. Cap. 1. c. *Distinct. inter creati-  
v. feri* de hoc 1. d. 3. q. 6. 17. 2. d. 1. q. 3.

a Lib. 3. c. 3.



ibi istæ naturæ nisi confusa; sed sicut sunt duæ distinctæ naturæ: ita duo esse distincta: neque primum esse partiale, ut esse Verbi, quia illud est æternum: deficit ergo sibi habitudo illa, quam necessario dicit creatura ad oppositum præcedens, quæ est, quod post non esse sequatur esse, vel primum partiale, si nullum habet totale: vel esse totale ipsius, quod creatur: sic non est in proposito.

Contra istam rationem obiicitur sic, quia quidquid est terminus alicuius mutationis, potest esse terminus creationis: natura humana in Christo, quæ terminavit generationem, potest esse terminus mutationis generaliter dictæ, & per consequens potest esse terminus creationis generaliter dictæ: ergo Christus secundum quod habet eam, est creatura: non enim videtur, quod creatio plus respiciat primitivem esse protæmino suo, quam quæcumque alia mutatio pro termino suo, cum ipsa possit habere pro termino, quidquid potest alia mutatio nascere pro termino suo. Præterea, Christus vere dicitur mortuus, quod vere dicit privationem esse, & privationem primi esse, ut videtur: quod non magis unum oppositum ponit acquisitionem primi esse, quam aliud privationem primi esse. Ad primum concedo, quod natura humana potest terminare creationem generaliter dictam, & terminavit eam, ut ipsa vere dicatur creatura: nec tamen propter ipsam Christus dicitur creatura, quia esse proprium, vel primum hujus naturæ, non est esse primum Christi: & ideo esse primum huic naturæ, sequitur esse primum Christi, quia esse Verbi, & aliud esse primum non potest Christus, habere. Et cum dicitur, quod ista mutatio, scilicet creatio, non magis ponit primum esse termini acquiri, quam aliqua alia mutatio; Dico, quod hoc est falsum, quia istam specificationem addit creaturæ ultra alias mutationes, ut sicut aliquid non est creatura, si est tantum a secunda causa (pro eo, quod creati dicit respectum ad primum efficientem): & tamen potest dici genitum respectu causa secunde: similiter licet per generationem acquiratur aliquid esse simpliciter, si tamen illud non sit primum esse geniti, & etiam primum esse geniti sequatur non esse, tale genitum non dicitur creatura: & ideo non sequitur Christus esse genitus (propterea prædicatum convenit ei ratione naturæ humanæ) ergo est creatus, Nec etiam in aliis sequitur formaliter ignis est genitus; ergo est creatura generaliter, nisi gratia materiæ, quia esse simpliciter terminans generationem ignis, est primum esse ipsius, quod dicitur genitum. Ad secundum dico, quod mortuum non privat primum esse Christi; sed esse simpliciter, quod est vivere: ita etiam generari dicit acquisitionem esse simpliciter, sed non necessario primum esse. Unde vere conceditur, Christus mortuus, sicut genitus temporaliter, non tamen conceditur annihilatus, quia sicut non dicitur creatus, ita non dicitur annihilatus, quod enim opponitur creationi, dicitur annihilationem: primum esse.

Ad idem conclusionem etiam ponitur alia ratio talis, quia illud, denominativum, quod natum est denominare generaliter multa, pura totum, & partem, accidens, & subiectum, non denominat totum

tum per partem, neque inbectum per accidens: sicut unum, quod natum est dici de subiecto, & accidens, non denominat formaliter subiectum per accidens. Non enim dicitur Sortes unus unitate accidentis, vel albedinis: ita quod si albedo sit una, & Sortes erit unus & si albedinis plures, Sortes plures: quia Sortes est tantum unus. Ergo cum hoc, quod est creatura, natura sit dici generaliter de entibus, tam de supposito, quam de natura, non denominabit suppositum ratione naturæ, nisi conveniat supposito propria denominatione: nullo autem modo convenit huic supposito, nisi quia denominat ipsam naturam, & per ipsam, non potest denominare suppositum: igitur, &c. Et per hoc patet, quare Christus dicitur genitus temporaliter, & non creatur: quia generari denominat naturam, & mediante natura natum est denominare suppositum: creatura nata est denominare utrumque, propria denominatione, & ita neutrum est ibi ratio qua respicitur alterius.

Ad argumenta. Ad primum dico; quod illud quod natum est denominare suppositum ratione naturæ, potest dici de isto supposito, puta vivere, ineligi, comedere, &c. sed creatura non est talis denominativum. Exemplum, homo secundum caput dicitur crispus, non tamen secundum caput dicitur triangulatus, vel rotundus: quia primum denominativum natum est denominare partem, & per illam totum: secundum vero non, ita esse creatorem naturæ, est de nominare naturam, & suppositum ratione naturæ, non sic creatura. Aliter potest dici, secundum rationem non tam ad quæstionem, quod creatur: non dicit aliquid repugnans naturæ, vel huic supposito, sicut creatura: creare enim est dare esse prima causalitate post non esse: hoc Christus non repugnat: creare est accipere esse primum a primo efficiente post non esse: hoc Christus repugnat. Ad aliud concedo, quod homo prædicatur aliquid de Christo, & illud est creatum, & creatura, ita quod de illa natura vero dicitur creatura, sed non sequitur, ergo de Christo: si enim median accipitur in majori in abstracto, & in minori dicitur de Christo in concreto, eunt quatuor termini. Ad aliud potest dici, quod est homo creatus ita quod vivit creatus, distabant ibi pes hoc, quod est homo, ut dicitur creatus homo & tunc non sequitur: ergo est creatura; sed est talis secundum quid, & simpliciter: sicut hic, Sortes tunc est albus, ergo est factus. Aliter potest dici quod divisio est insubiciens, quia licet quodcumque unum dividatur in se per alterum istorum, non tamen, quod in se implicat duo, scilicet naturam, & suppositum: quia ratione naturæ repugnat sibi unum, ratione suppositi repugnat sibi aliud. Ad aliud dico, quod quæcumque quidditas in abstracto pertinet ad quodcumque genus, habet creaturam pro superiori denominativam: sicut & hoc, quod est esse est: sed non omne concretum conjunctive generis habet creaturam pro superiori, sed tantum illud concretum, cujus primum esse est esse illius denominativum, id est, cujus primum esse est creatum; sed esse primum Christi non est creatum, nec primum tot le, nec primum partiale, licet esse creatura non est superior ad esse album ut

propter hoc dicitur, Sortes est creatura, quia albedo est creatura; sed ex alia ratione prioris. Unde licet de albedine dicatur creatura, non tamen de albo, si album non est esse primum illius de quo dicitur. Ad aliud patet, quod dicitur genus, & conceptus, qui ista nata sunt denominatione totum ratione naturae, ista quod respectu istorum natura est, ut quo, respectu totius: non sic autem respectu huius praedicati, quod est esse creatura: oportet enim quod propriis denominationibus diceretur de supposito, alia ab illa, qua dicitur de natura, aut saltem competeret supposito ratione primi ejus.

### QUESTIO SECUNDA.

*Utrum Christus, secundum quod homo, sit creatura?*

Secundo quaeritur, Utrum Christus secundum, quod homo sit creatura? Quod sic, videtur, quia secundum quod homo, est aliquid: non inaequum: quia tunc homo praedicaret idem de Christo, quod Deus, quod est falsum: ergo praedicat aliquid creatum: ergo est creatura. Praeterea s. P. Quod convenit toti secundum partem, dicitur de toto, sicut homo sanatur, quia coram sanatur: ergo cum natura humana conveniat esse creaturam, hoc dicitur de Christo, & maxime cum determinatione illius naturae: ergo simpliciter dicitur, quod Christus est creatura secundum quod homo; sicut simpliciter verum est dicere, quod homo sanatur secundum totum. Contra, si secundum quod homo, est creatura: ergo secundum quod iste homo, quia non est alius homo, quam iste homo: sed si, secundum quod iste homo, est creatura iste homo est creatura. Probatio consequens: quia de eo, quod sequitur reduplicationem, absolute potest enuntiaris praedicatum: sicut si homo, secundum quod coloratur, videtur; coloratum videtur: ergo si secundum quod iste homo est creatura, vere iste homo est creatura. Consequens est falsum, quia secundum Damascen. s. cap. iste puer creavit Hellas: (s) ergo est creator, & ita non est creatura. Praeterea, si Christus secundum quod homo, est creatura: igitur simpliciter est creatura. Consequens est falsum ex precedenti quaestione. Probatio consequens: quod enunciativum de supposito cum reduplicatione speciei, enunciativum de eodem simpliciter: sicut si Petrus est, inquantum homo: ergo Petrus est simpliciter: ita in proposito: igitur, &c.

Respondeo, quando propositio affirmativa est falsa, ex repugnantia extemorum, quaeunque determinationis, vel reduplicatione addita, quae non tollit repugnantiam eorum: non tollit rationem falsitatis illius: reduplicatio autem proprie sumpta, non diminuit alteram extemum, quia est determinatio extremi ad extremum: ergo ipsa non verificat aliquam propositionem; quae sine reduplicatione fuit falsa; tamen si addatur alteri extremo, ut praedicato, aliquid distrahens

strahens ipsum; ut distrahatur non repugnet alteri extremo, sicut prius repugnavit non distrahatur, potest propositio cum tali determinatione distrahente esse vera, & non sine est: sicut si album simpliciter repugnet Athiopi & propter hoc erit haec propositio falsa; Athiopi est albus; & hic Athiopi, inquantum homo est albus: addito tamen eo, quod est secundum dentes ad praedicatum, per quod distrahatur ipsum praedicatum, & tollitur repugnantia ejus ad subiectum, propositio est vera: quae tamen sine additione non fuit vera. Ad propositum si, secundum quod homo, accipitur proprie reduplicative, neutrum eorum distrahatur, & ita non tollitur repugnantia, si qua est: & ita non magis est ista vera, Christus secundum quod homo, est creatura, quam ista, Christus est creatura, quia utrobique manet eadem ratio falsitatis: Sed si addatur iste determinatio, secundum quod homo, alteri extremo, puta praedicato, ut distrahatur ipsum respectu subiecti, tolleretur illa repugnantia praedicati jam distrahati ad subiectum quae fuit praedicati simpliciter sumpti ad subiectum. Hec ergo propositio, et accipienda per secundum quod proprie, ut est nota inherentiae reduplicationis praedicati, falsa est. Secundum autem, quod significat sive distrahatur ipsum praedicatum, ut notat creationem secundum quid; sic potest concedi: quoniam tamen sit impropria, & exponenda per istam, Christus secundum humanitatem est creatura. Exemplum huius potest in illo exemplo de Athiopo comparato ad albedinem: quia sicut ista est falsa, Athiopi est albus; ita ista Athiopi secundum quod habens dentes, est albus, secundum quod propositio est proprie reduplicativa: ista tamen est vera, Athiopi est albus secundum dentes, & hoc, secundum quod habens dentes, si illud secundum quod, distrahatur praedicatum tamen sic non est propria.

Ad argumenta. Ad primum principale dico concedendo, quod est aliquid; & potest concedi quod est aliquid creatum secundum quod homo, quia tunc distrahatur praedicatum per ly secundum quod homo, sicut Athiopi est albus secundum dentes: sed tunc non sequitur simpliciter; ergo Christus est creatura, sicut nec albi: ergo est albus; sed est fallacia secundum quid, & simpliciter. Vel dici potest, quod est aliquid increatum, quia aliquid non ibi stat tantum pro natura, sed pro denominato ratione, scilicet natura: illud autem aliquid potest dici increatum, tunc suppositi, quod denominatur a natura: non sequitur quod idem praedicatur homo de Christo, quod Deus; quia ut Deus, praedicatur de ipso Christo esse increatum per se, & essentialiter: homo autem tantum denominatur. Ad aliud dico, quod si opposita possunt inter se secundum diversas partes, neutrum denominat totum ex vi sermonis, sed utraque est falsa: sicut potest de facto, cuius una medietas est alba, & alia medietas est nigra; falsum est enim enuntiare, sive album, sive nigrum simpliciter. Nec Philos. s. P. curavit de Logica sed de ipsa realitate, secundum quod aliquid dicitur tripliciter moveri; quando aliquid praedicatum natum est inesse toti per aliquam partem, quia falleret sibi



præcise inest tunc ex hoc, quod denominat partem, sequitur quod denominat totum: quia denominat ipsum, sicut natum est ipsum denominare: quemadmodum visio nata est inesse animali præcise secundum oculos, & ideo si secundum illos inest, de virtute sermonis inest toti. Ita si sanari natum est præcise, vel principaliter inesse homini secundum thoracem, hoc est secundum eorum, quod intelligitur per thoracem; potest sic dici animal sanum simpliciter: quia thorax est sanus. Si tamen secundum aliam partem æque sit natum inesse hoc, & oppositum, secundum quod denominat hanc partem, non dicitur simpliciter animal-sanum: quia tunc duo opposita possunt simul enunciari de eodem. Ita ad propositum dico, quod si creatura non est nata enunciari de toto ratione partis, nisi fuit illius partis, a qua totum habet esse primum, vel ratione totalis esse totius: & humanitas, vel natura humana in Christo, non sit primum esse Christi, nec esse totale ejus, non potest de Christo ratione nature create enunciari hoc, quod est creatura, neque simpliciter, neque cum reduplicacione. Et si obijciatur, quod duo opposita conceduntur esse vera de Christo, sicut mortale, & immortale, passibile & impassibile: ergo creator, & creatura. Dico, quod contradictoria nunquam conceduntur esse vera de Christo, sicut nec de quocunque alio; quia est ratione duarum naturarum oppositæ proprietates affirmativæ dicuntur de toto: quia sufficit ad hoc, quod utraque affirmativa habeat aliquam causam veritatis, secundum quam possit inesse subjecto, tamen negativæ illarum affirmativarum simul eidem inesse simpliciter, est impossibile: & ita contradictoria nunquam sunt simul vera: immo sicut est passibilis, & impassibilis; ita ialtum est ipsum non esse passibilem, & similiter ipsum non esse impassibilem.

### QUESTIO III.

*Verum Christus inceptus esse?*

Quod sic videtur: quia Christus nominat suppositum duarum naturarum secundum Damascen. 49. lib. 3. c. 3. sed suppositam duarum naturarum incept esse ergo, &c. Præterea, quod incept esse secundum esse substantiæ, incept esse simpliciter, quia esse substantiæ est esse simpliciter. Christus incept esse secundum esse humanum, quod est esse substantiæ: igitur, &c. Præterea, quod generatur incept esse simpliciter, quia secundum Aristot. 1. Physic. generatio est a non esse ad esse simpliciter: Christus generatur: igitur, &c. Præterea, Verbum incept esse homo: ergo Christus incept esse. Probatio consequentiæ, quia quando de aliquo dicitur incipere incipere determinatum per aliquod prædicatum, de illo toto dicitur incipere: sicut si Socrates incept esse albus, Socrates albus incept esse: ergo similiter in proposito. Contra, Joan. 8. *Ansequam Abraham fieret ego sum*, ergo ab æterno: ergo non incept esse. Item Damascen. cap. 40.

(lib. 3.)

(lib. 3. cap. 4.) *Homo ille fuit sine principio: sed inceptio ponit principium: ergo non inceptus esse.*

Hic sunt duo consideranda, (a) unum ex parte subjecti, aliud ex parte prædicati. Ex parte subjecti, an totum ens per accidens possit stare respectu hujus prædicati, ratione sue totalitatis, an ratione partis formalis, an præcise ratione partis principalis; sicut si Socrates albus dicitur incipere esse, utrum subjectum possit accipi respectu prædicati per toto ente per accidens, an pro sua albedine, ut scilicet totum dicitur incipere, quia albedo incipit esse in toto, vel solum potest accipi pro ipso subjecto, de quo dicitur albedo. Et quia hæc difficultas non videtur esse in subjecto respectu aliorum prædicatorum; ideo videtur esse difficultas ex parte prædicati, videlicet, an inceptio enunciata per prædicatum tale significet inceptionem totius ratione totalitatis suæ, vel ratione alterius partis & sit ratione partis, cujus partis? Videtur quod de vi sermonis non possit respectu hujus prædicati subjectum magis accipi, quam respectu alterius prædicati: quia quod ponitur in uno extremo, non determinat illud, quod ponitur in altero extremo. Posset autem respectu alterius prædicati accipi secundum rationem totalitatis suæ, sive secundum rationem partis formalis: ut sicut, si Galbado faceret per se unum cum homine, esset hæc per se primo modo, *homo albus est coloratus*, licet hæc non esset per se, *homo est coloratus*: quemadmodum ista est per se secundo modo, *animal rationale est risibile*, licet hæc non sit per se aliquo modo, *animal est risibile*. Ita si Christus imponatur ad significandum Verbum hominem secundum Damascen. 49. cap. lib. 3. cap. 3. poterit de hoc subjecto prædicari aliquid, vel ratione totius, vel ratione partis aliquæ: sicut igitur si Christus secundum humanitatem est mortuus, Christus est mortuus: ita si secundum humanitatem incept esse, Christus incept esse: ita quod si hoc prædicatum possit vere enunciari de hoc subjecto, ratione illius partis subjecti, videtur quod simpliciter possit enunciari de eo. Restat ergo quod totum sit ex parte prædicati, utrum incipere esse dicat inceptionem secundum primum esse ejus, de quo dicitur, vel secundum quodcumque esse simpliciter illius. Quia si primo modo, illa propositio est falsa, sicut & illa, *Christus creatur*; si secundo modo, cum quodlibet esse substantiæ sit esse simpliciter, & Christus incept esse secundum esse humanum, quod est esse substantiæ, Christus incept esse simpliciter. Secundum, magis videtur esse de virtute sermonis, quia sicut esse secundum, enunciatur esse simpliciter, & non ex vi sermonis, primum esse illius de quo dicitur, si subjectum habeat plura esse sicut Christus: ita, & incipere determinatum per secundum esse, videtur dicere inceptionem in esse simpliciter, non autem in esse primo illius subjecti. Simpliciter ergo de vi sermonis posset concedi, quod Christus secundum quod importat hoc, quod est Verbum homo, incept esse, hoc est, habet aliquid esse

H 4

sim.

simpliciter, quod prius non habuit: licet illud non sit primum esse Christi. Hoc modo etiam potest concedi ista propositio: *iste homo incipit esse*, de subiecto demonstrante suppositum: non tamen inde: quia non in natura divina, sed ut in natura humana verum est enuntiare incceptionem simpliciter illius subiecti; et ita quod non debet concedi: Filius Dei incipit esse, sicut Christus, vel iste homo incipit esse: quia *esse* humanum est *esse* simpliciter Christi, vel istius humanis, non autem est *esse* Verbi simpliciter; quia licet de Verbo dicat *esse* simpliciter, quia *esse* substantia: non tamen est *esse* simpliciter Verbi, quia respectu Verbi est *esse* quod adventum, & quasi *esse* accidentis respectu subiecti: non autem est ita adventum *esse* respectu Christi, vel respectu istius hominis. Et si dices quod iste homo non potest supponere nisi pro hominis natura: Dicimus: Dico quod verum est, tamen potest supponere pro illo, ut est suppositum in natura humana; sicut Socrates albus supponit pro supposito substantie, tamen ut in albedine existens. Sancti tamen noluerunt concedere deo istam propositionem propter Hæreticos, qui dixerunt Christum simpliciter incipere quantum ad primum *esse*, ponentes eum esse partem creaturam: sed incipere esse non importat hoc, quod est creatura.

Argumenta patet & quia procedunt, secundum quod de Christo ratione duram naturam, dicuntur proprietates utriusque nature: & ita ratione naturæ divinæ & humanæ, potuit simpliciter incipere, & non incipere esse.

## DISTINCTIO XII.

Circa istam Distinctionem duodecimam, in qua Magister agit de conditionibus naturæ assumptæ, quaeritur unum.

## QUÆSTIO UNICA.

Verum Christus potuerit peccare?

Quod sic, Joan. 7. *Si dixeris, quod non novi eum, ero similis vobis mendax*; sed potuit dicere, & dixit totam istam orationem: ergo potuit dicere peccate: ergo potuit dicere, non novi Patrem, & mentiri, & per consequens peccare.

Præterea, tertio de libero arbitrio melior est natura, quod peccare potest, quam illa, quæ peccare non potest: sed Christus assumptus naturam nostram optimam in optimo fuit: igitur assumpsit eam, ut potenter peccare: ergo potuit peccare in ista natura. Item, quod quis potest, si vult, potest simpliciter, quia secundum Augustinum de Spiritu, & anima: *Hoc est in potestate hominis, ut faciat, quod facit; & sumitur ab Anselmo, secundo Catechismus Deus homo, cap. 1. sed Christus potuit peccare, si voluit: quia velle peccare est peccare: ergo potuit illud simpliciter: ergo, &c.* Contra, si potuit peccare, ergo

ergo potuit damnari. Consequens est falsum: ergo & antecedens. Consequenter est manifeste, quia propter peccatum quilibet damnatur; qui damnatur. Item, Christus semper fuit beatus: ergo non potuit peccare, nec damnari. Consequens est manifeste, quia privative opposita non simul insunt magis, quam contradictoria; quia sunt immediate opposita circa apertum naturam.

Respondet; hic sunt due difficultates, una quomodo beatus non potuit peccare; alia, quomodo Christus, cum esset viator, potuit habere naturam impeccabilem cum beatus. Primum articulus pertinet ad 4. librum, de hoc ibi, d. 49. q. 6. De secundo dico, quod cum Christus in primo instanti unionis ejus cum Deo fuit beatus, & beatitudo abstinuit omnem peccabilitatem, vel possibilitatem peccandi, quæ potest auferri per beatitudinem: licet cum hoc dispensative staret potestas merendi: plenitudo enim gloriæ, quia ipsa fuit conjunctus fini, non minus quam alius beatus, licet potuit mereri, equo excludit omnem peccabilem in eo advertendi a fine, sicut in aliis. Illi tamen qui dicunt, quod ex vi unionis necesse fuit naturam unitam tui, habentem consequenter dicere, quod non solum ex plenitudine gloriæ fuit impeccabilis; sed ex vi unionis: hoc autem improbatum est supra d. 93. contra Hæret.

Ad primum argumentum, dico quod Christus potuit dicere, & dixit totam illam orationem, & per consequens partem ejus: quia ibi est consequentia necessaria: profertur enim illam conditionalem, profertur utramque categoricam: sed hoc fuit tantum materialiter dicere: sed non potuit dicere, id est, asserere illam partem, quia hoc non potuit esse, nisi intellectus ejus posset decipi, si acquiesceret: vel animi signum voluntarie prolatum discordaret a significato, quorum natura potest esse in perfectæ Beato: quia utrumque est imperfectioris, unum moralis, alterum intellectus.

Ad primum argumentum: (a) qui dicit totum, dicit mixtum: licet, hoc primo profertur, hoc scilicet partes, sed non dicit, id est, asserit illam partem, quia inter istam partem conditionalem impossibilem asserit a Christo, & maxime a Christo. Si dixerit, quia non novit eum &c. & aliam, ero similis &c. est consequentia necessaria, & ideo si potuit istam asseruisse, potuit & mentiri fuisse, potuit tamen hoc dicere profertendo, ut profertur, & istam conditionalem profertur, profertur utramque categoricam, nec tamen eam asserit, nec asserere potest, nisi intellectus eius accipi possit, vel voluntas damnari. Si enim acquiescat, cum signum voluntarie prolatum viderit discernere a significato, peccat, quorum neutrum potest esse in perfectæ Beato, quia utrumque a imperfectioris, unum moralis, alterum intellectus.

Ad secundum dico, quod natura, quam assumpsit, erat de se possibilis peccare: quia non erat beata ex vi unionis, & habuit liberum arbitrium, & ita veribile ad utrumlibet: sed per beatitudinem est



confirmatum à primo instanti, ut sit impeccabile, sicut Beati sunt impeccabiles.

Ad alterum dico, quod illa major est falsità de virtute sermonis; quia notat unam categoricam sequi ad unam conditionalem, que conditionalis est necessaria, & categorica sequens est contingens: & ex necessario non sequitur contingens; ideo enim illa conditionalis, que antecedit in conditionalis totali, est necessaria, quia antecedente includit consequens: *velle* enim respectu huius, quod est peccare, includit posse: quia *velle* non tantum est posse hoc, sed agere: consequens autem est contingens, quia alicui naturæ convenit, alicui non.

Si tamen ista maior debeat aliquo modo verificari, oportet eam exponere, ut antecedens illius conditionalis totalis habeat aliquam determinationem, sine qua consequens non sequitur ex eo: & debet illa determinatio esse ista, quod si quis potest, & vult, & debet, vel potest illud velle, potest simpliciter: sine ista enim determinatione non sequitur consequens, quia si non potest hoc velle nisi ex suppositione impossibilis quod autem est possibile ex suppositione impossibilis, non est possibile simpliciter. Sic autem minor est falsa; Christus potuit velle peccare, quia sicut non potest peccare, ita nec velle peccare.

*Aliter potest dici, quod propositio (a) conditionalis potest per se, si id est per conditionem denotare vel potentiam possibilem, vel impossibilem. Si impossibilem, nihil sequitur sicut hic. De hoc quare dist. 2. primi libri. Utrum Deus sit unus, in solutione illius argumenti. Quocumque, si essent meliora, sunt ponenda.*

### DISTINCTIO XIII.

**C**irca istam Distinctionem decimam tertiam (b), in qua Magister determinat de progressu Christi, quantum ad ejus conversationem, & operationem; queruntur quatuor. Primo, Utrum Christo poterit conferri summa gratia, que potuit conferri creaturæ? Secundo, Utrum de facto fuerit collata anime Christi summa gratia possibilis conferri creaturæ? Tertio, Utrum possibile fuerit voluntatem anime Christi habere summam fruitionem, possibilem naturæ creatæ? Quarto, Utrum anima Christi poterit summe ituri Deo sine summa gratia?

### QUÆSTIO PRIMA.

*Utrum Christo poterit conferri summa gratia, que potuit conferri creaturæ?*

**C**irca primum arguitur, quod non. Anima Christi non potest esse summa gratificabilis, quia non est summa natura intellectualis.

Intel-

Intellectualis: igitur nec summam gratiam potuit recipere. Probatio consequentis, quia natura intellectualis excellentior est capax majoris perfectionis, & excellentioris: quia capacitas perfectionis est secundum gradum naturæ perfectibilis.

**Hic dicitur, (a)** quod nimis Christi dabatur habitus quidam supernaturalis per quem augebatur capacitas illius naturæ, ut sic posset recipere majorem gratiam. Contra, natura excellentior iuri capax ejusdem habitus, vel alterius perfectioris, & per istud esset capax majoris gratiæ, & ita semper natura excellentior est magis gratificabilis, quam natura illa, live ex habitu, live ex se; & ita supposito est perfectibilis ad perfectionem, nunquam potest illa habere maximam gratiam possibilem contra creaturam. Præterea, nec potest sibi contra illi habitus, quia cum gratia sit actus primus supernaturalis, non præsupponit aliquem alium actum: primum super-naturalem. Præterea, gratia, quam anima Christi potuit recipere, necessario est finita, & in eodem gradu, quia in *fado esse* & non in *fieri*: sed ultra istum gradum potest fieri gratia major. Probo, quia si intelligatur gratia in aliquo gradu maiori, non propter hoc intelligitur inhærit, sed finita: gradus enim finitus non repugnat perfectioni creaturæ: ergo non est contradictio fieri aliquid perfectius illi & illud non est aliqua forma in specie alia a gratia: quia ista species est suprema in perfectionibus supernaturalibus.

Præterea, si gratia anime Christi esset in termino, ut non posset omnino major illa esse; aut hoc esset propter rationem in se: aut propter aliquid ex parte efficientis, aut susceptivi. Non primo modo, quia ipsa est participatio charitatis infinite, & ita potest in infinitum crescere, antequam deveniat ad charitatem quam participat: nec secundo modo, quia efficiens est infinitum: nec tertio modo, quia forma recepta semper ampliat capacitatem recipientis, quia charitas dilatat.

Præterea, si posset habere gratiam summam creabilem, tunc posset habere gratiam, cui nulla esset æqualis. Probatio consequentis, quia quod per superabundantiam dicitur, uni soli convenit *g. Topic.* Consequens est falsum, quia posset Deus aliam naturam humanam æqualem, vel Angelicam naturam assumere, & ei conferre æqualem gratiam. Contra ista natura potuit assumi ad summam unionem quantum ad esse: ergo quantum ad operari: summa unio quantum ad operari non est nisi per summum habitum gratiæ, que est principium operandi: ergo, &c.

Præterea (b), natura intellectuali convenit, quod sit capax gratiæ, in quantum imago Dei: sed ista natura potuit esse summe imago Dei; ergo summe capax gratiæ: ergo potuit sibi conferri summa gratia.

QUI.

a *Addit. b De gratia vide 26. & 27. dist.*

a *Consequens 9. q. 12. b Aug. 14. de Trin. c. 8.*

## Q U Æ S T I O I I.

*Utrum de facto fuerit collata anime Christi summa gratia  
possibilis conferri creatura?*

Secundo quaeritur de facto, an isti anime fuerit collata summa gratia, quae potuit creaturae conferri? Quod non: quia 1. de *Trin.* dicit Augustinus, quod (a) *Beatus est, qui habet quiddam uultu, & nihil mali uultu*, hoc non tantum intelligitur de uelle actuali, quia tunc aliquis Sanctus in via possit esse beatus pro aliquo instanti, quia pro illo potest habere quiddam uultu; & tunc nihil actualiter mali uultu: ergo intelligitur de posse uelle, ut scilicet habeat quiddam potest recte uelle. Potest autem Michael recte uelle habere tantam gratiam, quanta natura eius est capax, quia uelle liberum semper est rectum, quando conformatur uoluntati naturali, quae semper est recta: uoluntas autem naturalis Michaelis est ad tantam gratiam, quanta natura eius est capax. Natura autem anime Christi non est ita excellens, nec per consequens tanta gratiae capax: ergo ipsa de facto, modo non habet tantam gratiam, quantum habet Michael, si Michael est beatus.

Præterea, non est ponenda tanta gratia in anima Christi, nisi quanta requiritur ad beatitudinem illius anime: sed perfecte beatificatur, si tota inclinatio eius naturalis terminetur. Potest autem perfecte terminari, etsi non habeat summam gratiam creabilem, cum non habeat summam inclinationem ad illam, cum non habeat summam naturam. Exemplum huius: aqua quietaretur, etsi non esset in centro, quia non habet summam graditatem.

Præterea, summa natura non est facta: ergo nec summa gratia. Antecedens probatur, quia quacumque natura facta, possibile est alteram excellentiorem fieri, quia illa potest esse finita. Consequens probatur, quia ordo uersus magis consistit in speciebus, quam in indiuiduis, quia magis attenditur perfectio uersus secundum species, quam secundum indiuidua; ergo convenientius uidetur esse factam summam naturam, quae differret ab aliis naturis secundum speciem, quam supernam gratiam esse factam, quae differret ab aliis gratiis secundum numerum tantum.

Contra, August. 13. de *Trinit. c. 19.* Summa gratia in rebus per tempus oris est, quod bene in unitate persona sit Deo conparatur. Præterea, *Joan. 1.* *Primus gloriam eius, gloriam quasi uisum geniti a Patre*, hoc est, qualis decet unigenitum: illa est summa possibilis dari: ergo.

Præterea, *Joan. 3.* *Non enim dat Deus spiritum ad mensuram*: intelligit de Christo: & ibidem, *De eius plenitudine nos omnes accepimus*. Gratia non ad mensuram, est gratia summa possibilis, plen-

nitudo, etiam, quæ potest participari ab omni alia gratia secundum aliquam gradum, non uidetur esse nisi in summa gratia. Item Magister in *libra.* *Credendum est Deum tantam gratiam conuulsi esse animam quantum potuit conferre: tantam autem potuit conferre, quantum potuit creare, ut probatur: ergo, &c.*

## Q U Æ S T I O I I I.

*Utrum possibile fuerit uoluntatem anime Christi habere  
summam fruitionem possibilem naturæ creatæ?*

Quod non, sic probatur: uoluntas elicit actum merendi & ergo & fruendi, qui alius non secundum actum eisdem potentia mereretur aliquis, & frueretur: uoluntas autem anime Christi non potest habere summam rationem actiui in eliciendo actum merendi, quia non potest habere summam uirtutem actiui, quæ consequitur ipsam naturam intellectiualem liberam: ergo non potest frui summa.

Præterea, si tanta gratia esset data Angelo, quanta est data anime Christi, cum ista uoluntas Angeli sit perfectior, casualis eius actiua esset perfectior, quam casualitas actiua uoluntatis anime Christi: & reliqua causa par. istis esset æqualis utrobique: ergo totum hoc, scilicet uoluntas Angeli cum tanta gratia posset in maiorem actum fruendi, quam uoluntas anime Christi cum tanta gratia: quia una causa partiali excellenti æquali, si reliqua est maior, potest leuius perfectior effectus. Contra, possibile est illam animam habere summam gratiam: ergo summam fruitionem. Consequens probatur, quo actus natus ab eo elicitus ab aliqua forma æquatur in perfectione illi forme: iruitio est actus supernaturalis, & per consequens elicitus a causa supernaturali, quæ est gratia, & patet quod naturaliter quæ gratia non est formaliter libera: ergo secundum quantitatem gratiæ potest esse quantum fruitionis.

## Q U Æ S T I O I V.

*Utrum anima Christi potuit summe frui Deo, sine  
summa gratia.*

Quod non, quia gratia requiritur ad actum meriti in via: ergo ad actum fruitionis in patria. Probatio consequentis, quia quando aliqua forma requiritur ad aliquam operationem, propter imperfectionem alterius cause partiali respectu illius operationis, tanto magis requiritur, quanto operatio est excellentior: sed gratia requiritur cum uoluntate propter excellentiam in actu merendi: ergo magis requiritur ad actum fruitionis, qui est excellentior.

Præterea, alioquin posset aliquis esse summe beatus sine charitate, quia posset summe frui. Præterea, sicut ad operari naturaliter re-



quiritur esse naturale; ita ad operari supernaturaliter requiritur esse supernaturaliter: ergo, & ad summam operari summam esse: illud autem esse summum habetur per gratiam summam: ergo, &c.

Contra, non se habet in una gratia respectu fruitionis in aliquo genere causæ, nisi efficiens: patet discutendo, sed quidquid Deus potest facere per causam efficientem medianam, potest facere sine ea: ergo summam fruitionem, quam potest facere mediante summa gratia, potest facere sine ea: ergo, &c.

Ad primam questionem dico, quod summam potest accipi dupliciter. Uno modo positive per exceedentiam ad omnia alia: alio modo negative per non excedi ab aliquo alio. Primo modo non est, ut dictum est, nisi unum distans per superabundantiam. Secundo modo possunt esse multa talia, sicut sunt multa generalissima, quorum quodlibet non habet genus superius. Primo modo loquendo dico, quod Deus non potest conferre animæ Christi summam gratiam possibilem, quia potest creare equaliter: potest enim, & potest aliam naturam equaliter isti assumere, & equaliter gratiam huius dare. Secundo modo dico, quod summam gratiam creatibilem potest dare huic animæ. Ad quod ostendendum proba duo. Primo, quod summa gratia isto modo potest creati simul unica creatione: secundo, quod potest conferri creaturæ. Primum proba sic, accepta aliqua gratia determinata infima, puta A, quanto ascendendo, aut est status ad aliquam supremam & habetur propolitam, aut non; sed potest procedi in infinitum; & tunc sequitur, quod quanto aliqua magis excedit A, tanto est perfectior: & per consequens illa, quæ in infinitum excedit, est in infinitum perfectior, & ita in se erit intensive infinita, & tamen cum ipsa videatur ab intellectu divino, sicut tantum creatibile potest una creatione creati, & ita præter hoc, quod infertur impossibile, scilicet, quod sit gratia sic infinita, habetur propolitum, quod ipsa gratia possit unica creatione creati, sicut ab intellectu divino videtur ut natura creatibile. Ad ista ratione habent evidentiam suam alie due rationes, quarum una accipitur a Philosopho: Physic. cap. de infinito, quod quantum contingit esse in potentia, tantum contingit esse in actu: (a) & ita non est procedere in infinitum in potentia, quando ad formam: & ideo necesse est in forma quantumcumque perfecta, ponere terminum qualitercumque possibilem. (b) Sed contra istam propositionem infertur; quia possibile est in numeris procedere in infinitum in potentia: nullus tamen numerus est actu infinitus: ergo hic non tantum contingit esse in actu, quantum est in potentia. Respondetur secundum Averroem, quod appositio in numeris est secundum divisionem continuæ: in divisione autem continui proceditur ad materiam, & per consequens numeri crescent ex processu ad materiam; sed continuus crescit, & augetur eundo ad formam, in processu autem ad formam necesse est esse statum, non autem in processu ad materiam, & ideo in quantitate conti-

tinui est status in majus, non autem in multitudinem numerorum, sicut nec in divisione continui in minus. Sed contra hoc, si quilibet numerus est per se unus; ergo quilibet numerus habet propriam formam: ergo procedendo ad quemlibet numerum majorem est processus ad formam propriam includentem virtualiter formas precedentis: ergo non est processus in infinitum etiam in numeris. Dico ergo, quod ratio Philosophi ibi non concludit, nisi de quanto molis, secundum quam quantitatem, quantum contingit esse in potentia; tantum contingit esse in actu: immo tantum est in actu, quia non contingit quantum crescere secundum eum, nisi per hoc, quod partes ablatæ ab uno concilio per divisionem, apponatur continuo alii crescentis & ita cum partes illæ nunquam possint excedere totum divinum; nec totum quantum, cui sit appositio, potest esse minus, nisi secundum quantitatem continentem quantitatem divinum, & ejus, cui facta est appositio. Probabilitas dicti ipsius Philosophi est, quia secundum eum, agens naturale, sine cujus actione nihil potest esse novum, non potest quantum aliquod majore, nisi accipiat ab alio quanto aliquam particulam appendendo illi quanto. Sed secundum Theologos, loquendo de potentia divina, potest esse aliquod quantum majus in potentia, quam sit in actu, quia Deus potest majorate aliquod quantum non appendendo partes ablatas ab alio quanto. Ad hoc ergo, quod dicta probatio Philosophi applicetur ad quantam virtutem, oportet habere aliam probationem Philosophi: & non est alia ibi probatio, nisi quod in quibuscumque permanentibus, sicut potest aliquod inferius esse minus facibile unica factione, ita & quodcumque infinitorum, si est factibile, est factibile unica factione, & ita potest fieri summum; & tamen est infinitum, si est processus in infinitum. Ex hoc ergo, quod charitas vel gratia est quoddam permanens, etiam secundum quemcumque gradum sequitur, quod si procedatur in infinitum, quilibet gradum facibilem erit per se facibilis; & ita quantumcumque contingit esse in potentia, contingit esse simul in actu, quia possibilitas ad talem, vel tantam formam, non est possibilitas ad aliquid tantum in fieri, sed ad aliquid in factum esse (a). Existim intellectum tangit Commentator alibi, quod omnes potentie, quæ sunt in majori ratione quantitates, sunt unius potentie demonstratae, vel determinatae; hoc est, est una potentia ad supremum actum, in quo continentur omnes actus, ad quos sunt illæ multe potentie, quantum una reducitur in actum post alium. Sed in divisione continui potentie multe, non sunt partes unius potentie demonstratae, vel determinatae, id est, non est ibi aliquis unus actus, in quo continentur omnes actus terminantes potentias ordinate reducibiles ad actum. Et ideo dicere, sine partibus unius potentie demonstratae, tantum valet, sicut dicere, in quibuscumque actibus ordinatis, quilibet actus secundum quemcumque gradum, est per se facibilis, ibi supremum in potentia potest simul esse in actu, quia unica potentia potest reduci in actum

actum. In quibus autem naris esse tantum in fieri, sunt multae potestatis ordinatae, non potest aliquod unum summum possibile dari in actu, quantum contingit esse in potentia: sed ultra quodlibet factibile in fieri potest fieri aliquid majus licet non unica ratione. Alia ratio ponitur ad conclusionem istam talis, quantum utraque charitatem Deus potest creare, tantum potest creare (subiectum includit predicatum) ponatur ergo in *esse* quod tantum creetur, quantum potest esse creare: ergo non potest majorem creare. Habetur ergo propositum, quod summam creatibilem potest creari. Hae ratio declaratur sic, quod prima propositio potest esse hypothetica conditionalis, vel categorica de conditionato predicato. Primo modo est necessaria, quia antecedens includit consequens, *Si tantum potest, tantum potest* (a), & hoc modo debet poni in *esse*, ita quod tam antecedens quam consequens ponatur in *esse*: quia si consequens ponatur in *esse*, & non antecedens, sit fallacia consequentis. Non enim oportet, quod ad quod sequitur consequens, ad idem sequatur antecedens: illa autem de *in esse*, est antecedens ad illam de possibili. D. beret ergo propositio prima sic poni in *esse* quantum creat, tantum creatur. Si autem accipitur secundo modo, ut est categorica de conditionato predicato, iste est sensus, potest esse creare, tantum, quantum potest esse creare, id est, potest esse summam creatibilem: & sic si notetur potentia unica modificans compositionem, propositio non est vera de formatae sic subiectum includit predicatum, quia predicatum est specificatum per illam determinationem, quae non est per se nota in *esse* subiecto, sed tantum est vera gratia mariana: quia in permanentibus quantumcumque procedatur, si nimum possibile est ita rationabile unica ratione, sicut quodcumque aliud: & ita illae duae rationes tantum habent evidentiam ex prima. Secundum, quod summus est ad propositum, supponendum quod summus gratia possit unica actione creari: probatur quod ita possit conitari anima Christi. Prima, quia subiectum receptivum accidentis convenientis habentis gradum, quod non determinatur ex se ad aliquem gradum, potest quantum est ex se recipere illud accidentem secundum quemcumque litterum gradum: anima est tale subiectum respectu gratiae: ergo potest quantum est ex se, recipere quemcumque gradum gratiae. Major declaratur per oppositum. Ideo enim aqua non potest quemcumque gradum caloris recipere, quia calor est accidentis disconvenientis aquae in aliquo gradu, & aliquis ejus gradus non potest esse in aqua, manente aqua in sui natura, sed oportet aquam corrumpi. Ideo etiam aer, cui calor est accidentis convenientis, non potest quemcumque gradum caloris recipere: quia ex natura sua determinatur ad certum gradum caloris habendum. Ita etiam est de mixtis. Sed quando accidens est habens gradus & convenientis subiecto, & non determinatur subiectum ad aliquem gradum certum habendum, non videtur quare non possit sibi quantumque gradus iusse, quia non invenitur contradictio: & ubicumque non invenitur contradictio, illud ponitur absolute possibile

po-

a Vide Tertioyem &amp; Pitig.

potest formari ratio, & brevius suscepiuntur formae habentis gradus, cui nullus repugnat, potest quemlibet recipere: anima sic habet respectu gratiae. Probo, si aliquid susceptivo, in quantum tale (per quod excluditur quilibet ratio activi concipiendi) repugnat aliquis gradus gratiae, repugnat & culibet ejusdem rationis, quia quodlibet capax gratiae, est capax, ut ejusdem rationis per secundam rationem hic: nullus autem gradus gratiae repugnat culibet susceptivo: ergo nec alius.

Præterea, Angelus & anima comparantur ad gratiam secundum eandem rationem receptivi, quia ipsa, ut recipitur, est forma ejusdem rationis, & ita recipientia in quantum recipient, sunt ejusdem rationis. Exemplum, sicut albedo est ejusdem rationis in lapide, & ligno, ita ista, ut comparantur ad albedinem, non sunt alterius rationis, immo accidit eis esse alterius rationis, ut recipientia formam ejusdem rationis: gratia autem anime. & Angeli est ejusdem speciei, alioquin una universaliter excedere aliam, & ita omnis gratia anime esset major quocumque gratia Angeli; vel e converso: utrumque est falsum: ergo ambo ista comparantur ad gratiam, non ut sunt in substantia alterius rationis: sed illa alteritas accidit eis ut recipientia tale accidens, & ita quantum potest recipere Angelus, tantum potest anima recipere: summam autem creatibilem potest aliquis Angelus recipere: ergo & animarum & ista anima.

Præterea, quando inter aliqua extrema communia est proportio, ut inter prima extrema illius proportionis, ipsi est inter quocumque contra extrema altero extremo. Exemplum, calefactivum, & calefactibile sunt prima extrema fundata super habens calorem in actu, & in potentia: in quibuscumque ergo inveniuntur istae rationes actualiter calidi, & potentialiter calidi, illis potest inesse talis proportio. Sed prima extrema hujus proportionis, perfectio supernaturalis, & perfectibile supernaturalis sunt gratia quantum ad propositum, & natura intellectualis: ergo in quibuscumque contentis sub altero extremo, est ratio istius proportionis, & ita quemcumque gratia potest esse perfectio cuiuscumque naturae intellectualis. Exemplum ad hoc: Si calor se habet ad superficem primo ut perfectio ad perfectibile & non determinatur ex natura alterius extremi ad aliquid inferius, ut sit extremum proportionis: quilibet superficies potest perfici a quocumque colore, quod si extrema determinantur aliunde, puta, quod superbia, unde talis substantia, scilicet lapidis, fixae determinatur extremum talis coloris, tunc ista superficies non potest recipere quemcumque colorem, quod non est ex parte ejus, quia perfectibile est, sed in quantum illud, cuius est, determinat sibi certam speciem, vel certum gradum coloris: sed si absolute esset perfectibile & reliquum, perfectio quilibet posset perfici a quocumque gradu.

Hic juxta primum membrum distinctionis, scilicet exponendo superlativam positive, est unum dubium. Verum de potentia ordinata Dei, potest fieri alia gratia aequalis ista. Et videtur quod non, quia nulla alia natura potest esse capax habentium gratiam, quia non



possunt esse duo capita. sicut nec duo suprema in eodem ordine. Similiter si possit dari alicui alii tanta gratia: ergo possit tantum proficere in merito, quod possit tantum mereri, quod videtur absurdum. Hiis possit dici quod licet Deus de potentia absoluta possit tantam gratiam concedere alicui naturae, sive assumptae, sive forte non assumptae: non tamen de potentia ordinata: quia secundum leges iam positae a sapientia divina, non erit nisi unus capax in Ecclesia, a quo sit influentia gratiarum in membris.

Quantum ad secundam quaestionem defaeso, probabile est dicere secundum Magistrum, quod Deus tantam gratiam ei contulerit, quantum potuit: potuit autem ex precedenti quaestione concedere summam gratiam creabiliter: ergo, &c. In commendando enim Christum malo excedere, quam deficere a laude sibi debita, si propter ignorantiam oporteat in alterum incidere. Confirmatur ista responsio per illud Augustinus 3. de lib. arb. *Quidquid tibi vera ratione melius occurrit, scias hoc Deum magis fecisse, quam non fecisse*, videtur autem simpliciter melius secundam rectam rationem, summam gratiam esse alicui collatum, quam non esse collatum; quia in hoc manifestatur summa misericordia Dei in dando summum bonum gratia sine merito: igitur probabile est hoc esse factum: & non in alio, quam in anima Christi: ergo, &c.

Ad argumenta primae quaestiones. Ad primum, dicitur, quod licet non sit summa gratificabile; quia tamen unius personae Verbi, ex hac unione ampliatum eius capacitas, ut possit recipere summam gratiam, quam non possit recipere, si non esset assumpta. Contra hoc, quia circa illam naturam nihil ponitur absolutum novum per istam unionem, quia ipsa unius Verbo, non dicit nisi specialem dependentiam ejus ad Verbum; sicut ergo manet natura, quantum ad omnia absoluta, ita & eandem habens capacitem. Praeterea, si Angelus fuisset assumptus, habuisset ex vi assumptionis majorem capacitem, quam nunc habet, per te. & ita tantum aucta fuisset ultra capacitem naturalem ejus natura per assumptionem, quantum modo natura assumpta aucta est per unionem ex parte animae ultra suam capacitem naturalem, vel plus, & ita natura ipsius potest capere plus de gratia, quam modo anima Christi. Potest dici breviter, quod quodcumque gratificabile capax est in potentia obedienti quaecumque gratiae: quia respectu hujus accidentis per accidens, & tamen convenientis, non habet unde determinetur ad certum gradum: neque istud inducitur per aliquam alterationem passivam ab agente naturali, sed tantum secundum quod absolute subiectum est capax, & Deus potest imprimere. Illa ergo proposito, quod *proprius est perfectionis & perfectibilis*, si intelligatur secundum proportionem praesentiam, scilicet, quod perfectus perfectibilis capax est majoris perfectionis; falsa est: immo totum perfectibile in communi respicit totam perfectionem in communi, & quodlibet quamlibet. Habet tamen ista propositio probabilitatem de subiectis, & accidentibus naturalibus, quae

assumitur ex eis, quia secundum perfectionem causae activae totalis, est perfectio effectus: nullam tamen probabilitatem habet de formis substantialibus, & materia, quia aliquando recipitur forma perfectior in perfectibili imperfectiori, quia dat simpliciter forma perfectioriam, & potest. Sed non oportet hic inflare de materia, & de forma substantiali, quia hic est factum de subiecto, & accidente; sed tantum hic instandum est, quod propter accidentalitatem talis accidentis, aucta rationem habet terminandi ad talem gradum. Ad secundum, dico quod aut intelligitur, quod ultra istam gratiam finitam supremam, possit fieri aliquid alius gradus alioquin gratia major, aut aliquid gradus in natura perfectionis supernaturalis major, licet sit ultra speciem gratiae, aut absolute non in natura perfectionis supernaturalis major, sed absolute aliquid gradus superioris. Si primo modo, dico quod non potest, immo includit contradictionem, quia gratia ista est in termino. Et cum dicitur, si intelligitur gradus finitus sibi addi, non erit infinita: Dico, quod erit incompossibile, quia aliquid finitum intelligibile potest repugnare alicui finitum intelligibili: sicut si intelligatur aliquid addi nigro in aliqua perfectione, hic utrumque componens est finitum, & tamen nihil tale est possibile, quia ipsa quae intelligitur componi secundum intellectum indolentem contradictoria, sunt incompossibilia. Unde in talibus non valet, postquam hoc intelligere: ergo hoc potest fieri si quia non est infinitus, hoc enim non est intelligibile, nisi secundum quod intellectus est in se falsus, & hoc includit contradictionem; sed licet sic intellectum non sit infinitum: tamen habet aliquid incompossibilitatem, & repugnantiam in se. Si secundo modo intelligatur, tunc ponendo gratiam esse summam perfectionem, dicere eodem modo, quod intelligendo aliquid gradum superiorum gratia summa in genere perfectionis supernaturalis, est tunc intelligere contradictionem, sicut aliquid colorem esse super summum album. Si tamen charitas, vel gratia non sit summa perfectio supernaturalis, sed finitio, potest concedi, quod ultra summum gradum charitatis, potest fieri gradus superior ultra illam speciem, licet gradus finitum. Si tertio modo intelligatur, (a) potest dici quod supra totum genus qualitatum nobilissimum, quales sunt illae perfectiones supernaturales, potest poni, quod est infimum generis superioris, puta infima substantia: quia totum genus Substantiae excedit totum genus Qualitatis: nec est inconveniens, quod minima substantia in perfectione naturali, excedat accidens quodcumque: licet aliquid accidens, ut in perfectione supernaturali, hoc est, in conjungendo obiecto supernaturali, excedat substantiam. Tale enim accidens non dicitur ex se perfectius; sed ex hoc, quod conjungit immediate cum obiecto perfecto. Dubius modis ultimis aliquid esse superius summa gratia non est ad propositum. Ad tertium dico, quod quodcumque illorum moderam considerando gratiam, Christus habet

gratiam in termino, ita quod non potest habere majorem, & possunt etiam ex illa ratione fieri tres rationes ad propositum nostrum. Prima, quia charitas est quedam participatio Dei, ideo necesse est, quod secundum aliquem gradum determinatum capiat partem infinitae perfectionis ita: quod nec statim includit determinatum gradum respectu charitatis inanimatae, sicut est determinata participatio; alioquin posset concludi, quod calor, & quaecumque talis forma posset esse infinita, quia quilibet forma est participatio infiniti. Similiter secundo ex parte efficientis, quia efficit de nihilo naturam limitatam. Similiter tertio ex parte capacitatis, quia uti capacitatis fit respectu cuiuscumque gradus in forma, non tamen capacitatis alieque finiti est ad formam infinitam. Et cum dicitur, quod auget capacitatem, hoc patet esse falsum, quia quando duae causae concurrent ad constituendum tertium, posterio non dat priori aliquid partem ad propriam causalitatem ejus: sed materia est aliquo modo prior forma, sicut in origine, ad constituendum compositum: ergo forma non dat materiei aliquid pertinens ad propriam causalitatem ipsius materiei, & ita nec aliquam potentialitatem, vel capacitatem (quae est sua potentialitas) auget sibi. Quod si dicas, quod charitas fecundum unum gradum auget capacitatem non ad se sed ad alium gradum. Contra: charitas in quocumque, est forma ejusdem rationis; ergo capacitatis ejus in quocumque, est ejusdem rationis: ergo non potest capacitatis aliqua augeri per aliquam charitatem receptam; sed tota praesupponitur naturaliter. Ideo dico, quod in natura rei est summa capacitatis, vel minima aere omnem formam receptam, nec illa augetur, vel minuitur, quaecumque formam recipiat: quia posse habere gratiam secundum Augustinum *libro de praedestinatione sanctorum cap. 5.* inest homini a natura: ita quod illa potentialitas fundatur in natura animae, ut est talis essentia, ita quod nihil eam mutat. Ad ultimum patet, quod concludit de superlativo, ut exponitur positive.

Ad argumenta alterius questionis dico, quod Beatus habet quidquid potest recte velle, non de potentia absoluta, sed de potentia ordinata, vel si de potentia absoluta, potest sic intelligi: quidquid potest absolute recte velle, hoc est, quidquid Deus vult voluntatem velle: Deus autem non vult aliquam voluntatem velle libere majorem gloriam habere, quam sibi contulit, & ideo non potest aliam gloriam recte velle. Et cum probas per voluntatem naturalem, quae semper est recta. Respondeo, & dico, quod appetitus naturalis cuiuscumque voluntatis est ad summam gloriam, hoc est, illa voluntas posset naturaliter per se tantam gloriam: nec tamen est ibi tanta inclinatio naturalis ad summam, quod oppositum forme, id est, in summa gloriae potentiae isti violentur in se: sicut grave inclinatur naturaliter ad deorsum ita, quod oppositum ejus, scilicet esse sursum, non esse deorsum, non possit inesse nisi violentur: quia illa inclinatio non habet principium intrinsecum necessitatis ad illud, ad quod ipsa est, ita quod oppositum ejus non possit inesse nisi violentur. In-

clinatur enim ad habendum gratiam summam, & tamen potest quietari in minima. Ratio est, quia non habet principium intrinsecum determinans eam ad aliquem gradum determinatum. Sed cum dicitur, quod voluntas libera erit recta, si consonet voluntati naturali: dico, quod non semper, sed tantum, quando cum hoc consonat voluntati superiori, scilicet voluntati divinae, quando vult, quod Deus vult eam velle. Quandoque autem Deus vult voluntatem libere velle, quod vult appetitum naturalem appetere velle; quandoque autem non, sed vult voluntatem liberam velle esse consonam voluntati suae, & dissonam appetitui naturali; et ideo Beatus recte appetit libere, quia Deus vult naturalem appetitum hoc appetere, & voluntatem liberam esse sibi consonam. Vult autem Deus voluntatem non odire mortem in causa, & tamen vult appetitum naturalem esse ad oppositum mortis, & tunc non vult voluntatem liberam sequi eum; sed voluntatem suam, quae est regula superior: Ita est hic, quia ipse ex voluntate sua, quae est regula superior, praefixit cuiuslibet voluntati creatae, ut ipsa non plus velit, quam voluntas divina sibi contulit, & vult eam velle. Ad aliud dico, quod licet non habeat ista anima summam inclinationem ad summam gratiam, quantum est ex parte inordinati inclinationis tamen habet inclinationem ad summam gratiam, quia posset summe conjugari objecto. Et ita licet posset quietari per quaecumque gratiam, sicut & quaecumque anima; non tamen summe quietaretur sine summa gratia, quia nec summa conjugeretur objecto, in quo est perfecta quies, nisi haberet summam gratiam. Ad tertium respondeo, quod si concedatur antecedens si quod tamen videtur dubium, & contra auctoritate in Augustino *3. lib. arbitrii.* potest negari consequentia. Et cum quaeritur causi, quare Deus fecit summam gratiam, & non summam naturam? Respondeo, quod summa natura creata si esset, non haberet influentiam in alias naturas, sicut nec modo superior species in universis necessario influit in inferiores; summam autem in gratia influit secundum esse gratiae in inferiora: & ideo dicitur major necessitas, ut ponatur aliquod habens gratiam summam, quam aliqua summa natura. Si tamen sicut Deus supplet influentiam naturae superioris, si qua esset, in inferiore, quia influit immediate in omnia: ita posset immediate supplere influentiam summi grati, quia ipse influit gratiam in omnes. Posset ponit illa ratio, quia ibi in quocumque opere naturae manifestatur summe potentiae, & sapientiae divinae, quia producit ea de nihilo: & hoc sunt quae pertinent ad Hierarchiam totius universi, quantum ad esse naturae: sed misericordia, & iustitia, quae pertinent ad Hierarchiam naturarum intellectualium, quantum ad esse morale, non summe manifestatur in quocumque opere gratiae: immo videtur, quod summa misericordia non manifestatur, nisi sine meritis summa gratia, & gloria daretur.

Ad tertiam questionem, dico quod animam posse summe frui, potest intelligi dupliciter; vel formaliter, vel effective, hoc est, vel quod summa frui inferret istam voluntatem, a quocumque cau-



causatur: vel quod ipsa voluntas elicicit summam fructiorem, & hęc causa activa respectu eius. Primo modo possibile est summam fructiorem ergabilem conferre animę Christi, quia ipsa est receptiva cuiuslibet accidentis convenientis sibi, & in summo: quia non determinat sibi certam gradum istius, sicut fuit probatum in prima questione de gratia; & fructio est quoddam accident abfolutum, possibile creati a primo creatante immediatę sine actione voluntatis create. Secundo modo videtur probable, quod cum illa voluntas non possit tantam vim activam habere, quantum voluntas create alia potest habere, ut Angelica; non potest illa perfecte elicere fructiorem, sicut alia voluntas potest. Licet enim possit summam gratiam habere, quę ut causa partialis respectu fructiorem quę causatur fructiorem in ipsa, & Angelo, si haberet eam; tamen alia causa partialis erit inæqualis, ut voluntas: altera autem causa partialis deficiente, deficiet effectus, licet reliqua causa partialis sit æqualis. Modo tamen de facto est maxima elicitive, quia licet non sit voluntas eius ita perfecte activa, sicut voluntas Angeli; tamen ipsa eam summam gratiam, ut alia causa partialis activa, potest in perfectione fructiorem, quam voluntas Angeli cum minori gratia, quia excedentia gratię excedit in ea efficientiam voluntatis Angeli.

Ad quartam questionem, dico quod sine summa gratia posset Deus conferre summam fructiorem creabilem huic animę, sicut procedit argumentum ad oppositum: quia gratia respectu fructiorem habet tantum quantum est ex parte sui ad summam fructiorem, quantum ratione causę efficientis secundę, & ita sine ea potest fieri. Utrum tamen voluntas ista sine gratia, possit tantum agere, quantum cum gratia, dubium est. Supposito enim quod obiectum fruibile sit præsens intellectui, & voluntas sine omni habitu præsentem tali obiecto, possit actum fructum elicere, ita quod gratia non requiratur, nisi ad aliquid perfectionem fructiorem elicendię, sicut aliqua causa partialis dans aliquam perfectionem effectui, non tamen dans voluntati aliquam causalitatem propriam sibi summo voluntas causalitatem suam, quantum ad potentiam propinquam, sive remotam habet ex se: tunc autem ponitur necessaria connexio causarum secundarum, ut quod aliqua causa principalis non possit causare determinatum effectum, sine causa secundã determinata: sicut quod pater non possit agere ad esse filii ut pater, absque hoc, quod mater ageret, ut causa secundã; vel ponitur, quod Deus possit supplere causalitatem cuiuscumque causę secundę, non suppendo causalitatem alterius causę: & tunc posset supplere causalitatem matris, & relinquere patri causalitatem sibi competentem, ut vere esset pater filii, licet nulla esset eius mater. Si primum istorum teneatur, tunc dicendum est, quod ad fructiorem tantam, quanta posset elici a voluntate cum summa gratia, non potest voluntas agere sine summa gratia, licet posset illam recipere sine ea. Si autem secundum teneatur, tunc dicendum est, quod Deus posset supplere actionem summe gratię, ut voluntas sine illa posset secundum causalitatem suam agere ad summam fructiorem.

tionem, Deo suppleta actione gratię, ut causę secundę. Tamen de potentia ordinata non posset voluntas Christi frui active, sive elicitive summe, sine summa gratia: quia ordinatum est, ut causa prima, quę nata est habere aliquam causam secundam, non possit in effectum summam illarum causarum, sine tali actione causę secundę; similiter ordinatum est, ut nulla voluntas summe periciatur actu secundo summo, etiam ut recipiens nisi habeat summam actum primum: & ita nec possibile est de potentia ordinata, quod summa fruatur, sine summa gratia.

Ad argumenta istarum duarum questionum dico, quod prima duo concludunt, quod non potest summe frui elicitive; & hoc prout actio debetur causę secundę, Deo non suppleto actionem alicujus causę secundę. Argumentum in oppositum concludit, quod potest summe frui formaliter; quod concedo. Tamen illud argumentum deficiet in hoc, quod videtur probare, quod fructio sit a gratia, ut a causa totali, quod est falsum. Unde licet illa natura sit habens ad fructiorem, non tamen voluntas, quę est alia causa partialis; sed potius libere. Ipsa tamen voluntas in patria se per cooperabitur secundum ultimum potentia suę activę gratię secundum ultimum eius. Et si obijciatur contra distinctionem positam ad istam tertiam quæstionem, quia tunc anima Christi est ista unio posset frui absque gratia, cuius oppositum dictum est *dist. 2. hujus*. Respondeo, & dico, quod Deus posset immediate causare fructiorem in quacunque anima, & illa formaliter fruatur, sine gratia habituali: non tamen posset aliqua anima activę se habere ad fructiorem secundum ordinem causarum jura positum, nisi ipsa habet gratiam, ut causam secundam. Non ergo ex vi unionis posset competere anima Christi fructio magis, quam alteri animę; quia non ex vi unionis competere sibi elicitive secundum ordinem præfixum causarum secundarum: sed tantum si Deus suppleret actionem gratię quę nata est esse causa secundã respectu voluntatis in producendo istum effectum, & ita posset supplere in alia voluntate. Posset etiam illam frui formaliter, licet Deus immediate causaret fructiorem in ea; sed hoc non esset ex vi unionis, quia ita immediate posset causare fructiorem in alia: non ergo istud contradicit dictis alibi; neque etiam illa fructio, si tantum esset in voluntate, ut in subiecto, causata a Deo immediate, esset laudabilis, quinon esset in potestate voluntatis fruents: quia non est in potestate causę secundę uti prima sed et converso: & ideo tam in via, quam in patria, ponitur aliqua forma create, ut voluntas possit uti illa forma in operando, & sit in potestate ejus, ut sic laudabiliter operetur.

Ad argumenta quartę questionis. Ad primum dico, quod gratia requiritur ad meritum, quia meritum formaliter requirit, ut actus liber, & active elicitor a voluntate, & ita habeat sum in potestate sua: & ita etiam gratia requiritur ad fructiorem, ut elicendam active a voluntate, sed ad habendum formaliter a Deo hunc actum, qui dicitur meritum, sive illum, qui dicitur fructio, non requiritur

necessario gratia: quia gratia non est ratio recipiendi talem formam, sed ipsa est voluntas; sed hoc de potentia dico absoluta. Ad secundum dico, quod concludit de institutione elicitive habenda non formaliter: quia ad summum effectum causandum secundum ordinem causarum nonne potest, requirit utramque causam partialem esse summe perfectam: non sic ad hoc, ut passum recipiat summam formam, quae sine perfectione priori ipsius passii, vel sine aliqua causa secunda partiali potest in passum immediate causari a Deo.

## DISTINCTIO XIV.

**C**irca istam quattordecimam Distinctionem, in qua Magister agit de perfectionibus assumptis cum humana natura per comparisonem ad perfectionem naturae divinae, quaeruntur quatuor. Primo. Utrum possibile fuerit intellectum animae Christi primo, & immediate perfici visione Verbi perfectissimi, possibili creaturae. Secundo. Utrum possibile fuerit intellectum animae Christi videre omnia in Verbo, quae Verbum videt. Tertio. Utrum anima Christi novit omnia in genere proprio. Quarto. Utrum anima Christi novit omnia perfectissima in genere proprio.

## QUAESTIO PRIMA.

*Utrum possibile fuerit intellectum animae Christi primo, & immediate perfici visione Verbi perfectissimi, possibili creaturae?*

**C**irca primum arguitur, quod non. August. 83: quae. 9. 30. *hanc rem non posse alium, alio plus intelligere, non est dubitandum.* Ratio sua ibi ad hoc est, quia quislibet aliquam rem abet, quam illa res est, intelligit, scilicet, & omnis qui tallitur, illud, in quo tallitur, non intelligit: quisquis ergo rem aliter quam est, intelligit, non eam intelligit: non ergo potest quidquam intelligi, nisi quomodo est: & ex hoc sequitur conclusio illa proposita: ergo non potest intellectus animae Christi perfectus videre Verbum, quam quatenus alia anima. Praeterea, si perfectissime potest videre Verbum: ergo potest videre Verbum sub ratione infiniti: quia omni visibili non sub ratione infiniti potest aliquid perfectus videri: consequens est falsum, quia obiectum specitac actum, & ita si visio creata esset obiecti secundum eandem rationem infiniti, & secundum eandem rationem esset ipsius visio increata; ergo istae duae visiones essent eiusdem speciei. Similiter tunc intellectus animae Christi comprehenderet Verbum, quia videret ipsum secundum totam rationem visibilitatis eius, quod est inconueniens.

Praeterea, omnis visio requirit lumen proportionale, prius naturaliter ipsi visioni: ergo sicut visio naturalis requirit lumen naturale a se, & prius ipsa, ita visio supernaturalis requirit lumen in-

pot.

supernaturale aliud ab ipsa, & prius ea, & ita non potest videri super-naturalis esse prima perfectio illius, qui videt.

Praeterea, actus perfectus naturalis elicitor ab habitu; quia non est ita perfectus praecedens habitum sicut sequens, secundum Philosoph. 2. Ethic. ergo, & actus perfectissimus supernaturalis praesupponit habitum supernaturalem. Consequencia probatur a simili, & ita non potest actus supernaturalis perfectissimus esse prima perfectio intellectus: Contra hoc est Magister in litera. Item summa fruitio praesupponit summam visionem: sed ista anima Christi potuit trui summa- fructiois possibilis creaturae, ex illis praecedenti: ergo, &c. Et quod immediate, probatur, quia quilibet potentia passiva est immediate perfectibilis illo actu, respectu cuius immediate est in potentia: igitur intellectus, sive potentia intellectiva, est immediate perfectibilis ipso intelligere, & ita non necessario mediante alio.

## QUAESTIO SECUNDA.

*Utrum possibile fuerit, intellectum animae Christi videre omnia in Verbo, quae Verbum videt?*

**Q**uod non, quia tunc posset videre infinite: consequens est falsum, quia infinita non contingit pettanite 2. Metaphysic. (a) Praeterea, illuminationes bonorum Angelorum sunt ordinate, sicut pater per Dionys. de Angel. Hierarch. sicut ergo superior Angelus prius illuminatur, quam inferior, ita prius illuminatur, quam ista anima, quae est inferior, & potest istam illuminare, sicut superior Beatus interior: ergo ista potest aliquid de novo videre in Verbo, sicut & Angelus illuminans: quia illuminatus non prius videt in Verbo quam illuminans. Consequenter ratio, quia ista anima, quantum ad illuminationem, aliquem ordinem tenet inter spiritus illuminatos: non autem illuminat Angelos, quia non habet virtutem activam respectu illorum, cum sit inferioris naturae: ergo illuminatur ab eis: ergo propositum. Contra Magister in litera, c. 20. omnia videt. quae Verbum videt.

In prima quaestione sunt duo articuli. Primus est, an possit perfici visionis perfectissimus Verbi: Secundus, an primo, & immediate absque alia forma prius perficiendo. Quantum ad primum articulum, dico quod sic, propter eandem rationem, propter quam dist. praeced. quaest. dixi voluntatem eius posse habere summam charitatem: & ita verissime est esse de facto. Quod confirmatur per illud Isidor. lib. 1. de Summo bono cap. 3. *Trinitas sibi soli nata est, & homini assumpto: quod non potest intelligi, nisi de notitia in termino, vel simpliciter, vel possibiliter creaturae.* Quantum ad secundum articulum, potest dici, quod inquantum intellectus habet rationem receptivi respectu visionis, non est aliqua forma necessaria prius recepta ad hoc,

ut